

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

In natale unius apostoli: Lesung aus dem Evangelium nach Iohannes

[urn:nbn:de:bsz:31-6715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6715)

me sequatur. & alibi precipitur. post dñm dñm tuum ambulabis. siue quia presentem in carne dñm non uident. per actus temporariae dispensationis sacramentis. eius iam per fidem coepit uestigia subsequi. Tangit autem fimbriam uestimenti eius. & undam restringit sanguinis. quia beatus et uere mundandus qui uel extremam partem uerbi fidei manu contigerit. Nā rarus ualde. qui eius uel in pectore recumbere. uel caput mereatur pistica nardo per unguere. Cum et ille magnus fuerit qui se indignum dicebat eius calciamenta postare. Magna et illa quae unguere pedes eius. & capillis suis pmeruit tergere. Et ait ih̄c. Quis est qui me tetigit. Non ut ipse quae nesciat doceatur. sed ut uirtus fidei quam nouerat. un-

mo quam ipse dederat muliere deest. et interrogat. Negantibus autem omnibus. dixit. Quis me tetigit. Quicum illo erant. proptor. turbae te comprimunt & affligunt. & quis me tetigit. Quem turbae comitantes passim comprimunt. una credula mulier dñm tangit. quia diuersis inordinate glomerantiū heresibus affligitur. sola catholicae ecclesiae fideliter. corde quaeritur.

INNATALE UNI
VS APOSTOLI
LESCIE EV. SECIOHANNI

in illo tempore. Dixit ih̄c discipulis suis. hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem. sicut dilexi uos. & c.

OMELIA BEA
TI GREGORII
PP DE EANDE
LECTIONE
um cuncta sa

